

2 / 79

IDIBVS FEBRVARIIS MCMLXXIX

---

---

RV MOR VARI  
MOR VARIVS R  
R VARIVS RVM  
VARIVS RVM

---

---

RVMOR VARIVS

---

---

RVMOR VARI  
MOR VARI  
VARI

# RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris et  
a studiosis AKADIS editur

RVMOR VARIVS duodecies in  
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:  
(quotannis)

In Helvetia	Fr. 8.80
In Germania	DM 14.50
In Austria	GS 30.--
In reliqua Europa	Fr. 15.--
In terris trans maria sitis	Fr. 8.80*

\*et pretium  
mittendi

Speciminis exempla gratis  
mittuntur, ubi id rogatur

Collegium redactorum:

Ulricus Aeschlimannus  
Thomas Wichtermannus  
Heinz Hürzeler

Impressum et acceptio rerum  
legentibus publicandarum:

Franciscus Bachmannus

Typographæum:  
Copy Quick, Turicum

Domus editoria:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Institutum pecuniarium:

Societas Helvetica institu-  
torum pecuniariorum SHIP  
Conto:  
RVMOR VARIVS 806.134 J 1 A

RVMOR VARIVS wird von den  
Lehrern und Studierenden  
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint  
12 Mal jährlich

Auflage: 330

Abonnementspreis:  
(jährlich)

Schweiz	Fr. 8.80
Deutschland	DM 14.50
Oesterreich	GS 30.--
übriges Europa	Fr. 15.--

Uebersee Fr. 8.80\*  
\*zuzüglich Porto

Einzelne Probenummern kön-  
nen gratis bezogen werden

Redaktionsteam:

Ulrich Aeschlimann  
Thomas Wichtermann  
Heinz Hürzeler

Graphik und Layout:

Franz Bachmann

Druck:

Copy Quick, 8001 Zürich

Verlagsadresse:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Inserate, Korrespondenz:

RVMOR VARIVS  
Postfach 883  
CH-8050 Zürich

Bankverbindungen:

Schweizerische Bankgesell-  
schaft SBG  
Konto:  
RVMOR VARIVS 806 .134 J1A

# PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus s.d.p.

Iuvat me vobis nuntiare posse numerum nostrum libellum subnotantium semper augere! Mox adveniet dies, quo die centesimum RVMOREM VARIVM subnotantem lectorem in numero RVMOREM VARIVM amantium amicorum nostrorum salutare poterimus. Cum ea re maxime delecter tamen de hoc uno conqueror, quod maxima pars legentium interdum aliquam ratam partem propria manu scriptam publicandam nobis mittere non audet. Cuius rei quae causa sit non intellego, eo minus quod ratam partem scribere facile est, etiam iis, quorum peritia Latine loquendi scribendique adhuc parva vel raro usu diminuta est. Ne quis timeat, ne quos errores in sua rata parte inventi sibi dedecori sint! Linguae Latinae studentibus errandum est; etiam in epistulis a me scriptis interdum errores inveniuntur, quos scripsisse non me pudet. Fortasse etiam in hac praefatione aliqui errores latent! Quisque nostrum breves sententias Latine dictas componere scit. Habent praeterea breves sententiae nonnulla commoda: Non modo minores errores continent quam longae sed etiam facilius a legentibus in sermonem patrium transferri possunt. Ceterum omnes partes ratae nobis ad publicandum missae a redactore prius quam in nostro libello publicabuntur emendatae erunt. "Ad maiorem gloriam auctoris" nomen cuiusque emittentis sub ultima linea suae ratae partis indicatur. Ergo nobis epistulas Latine compositas scribite, cari lectores! Nobis scribendo efficitis ut hic vester libellus vivat, floreat, crescat!

Valete! Ulricus Aeschlimannus

# DE CERTAMINIBVS MAGNIS IN ARGENTINIA BRASILIAQVE HABITIS

Eventus certaminis primi hoc anno in Argentina suscepti maxime incertus erat:


Nam hieme superiore vehicula novissima, nondum visa, constructa erant. Altera et motoribus et circulis conflatis optimis praedita erant (nam bellum atrox erat inter fabricas duas circulos conflatos producentes: Michelinus, Bonus Annus), altera multis difficultatibus certamen inire debuerunt.

Signo certaminis ineundi vix dato collisio facta est Watsone et Schecktere auctoribus. Perturbatio magna erat inter spectatores et pilotas. Multa vehicula destructa sunt. Intervallo unius horae signum certaminis incipiendi iterum datum est. Numerus defectorum magnus fuit: aurigae praeclari velut Lauda et Hunt certamen ante tempus finire coacti sunt. Laffite Gallus omnibus praestitit, victoriam accepit. Quod vehiculum Andretii non optime laborabat hic auriga optimus orbis terrarum in positione quinta relictus est. Honorem Argentinae servavit Carolus Reutemann: Lotum suum magna cum virtute positione secunda in finem tulit. Positionem tertiam obtinuit auctor huius collisionis de qua supra dixi, Johannes Watson.

Gratiam optimam agimus

J.P. Froidevaux

qui nobis tabellas photographicas ex Argentina Brasiliaque reportavit!



BRASILIA MCMLXXIX — REGAZZONI PRAECVRRIT DVOBVS VEHICVLIS

Fuit certamen magnum secundum breve tempus post in Brasilia. Ibi circuitus atrox est: Suspensiones saepe collati et circuli conflati brevi tempore deflari solent aestu. Difficultates Lotorum supra descriptae perstiterunt, etiam Lauda motore Alfae suae destitutus est et ob eam rem desperavit. Vehicula Ligieris constructoris sola sine difficultate signum finis dandae viderunt. Clades magna fuit in stabulo Ferrarorum et apud fabricam circulos conflatos producentem Michelinus. Exspectandum est alios constructores magno opere vehicula nova constructuros esse ne victoria certaminis magni in Africa australi futuri tertium sit Ligieri.


circulus conflatus Pneu  
 Michelinus Michelin  
 Bonus Annus Good Year

PATRICIVS HARDMEIER



◀ Chapman Andretti-que difficultatibus confecti!

Jacobus Laffite Gallus vehiculum Ligieris constructoris ad duas victorias egregias conduxit!



ARGENTINIA

primus LAFFITE (Gallus), Ligier  
 secundus REVTEMANN (Argentinius), Lotus  
 tertius WATSON (Iricus). Mc Laren  
 quartus DEPAILLER (Gallus), Ligier  
 quintus ANDRETTI (in America septentrionali natus), Lotus  
 sextus FITTIPALDI (Brazilianus), Copersucar  
 postea:  
 decimus REGAZZONI (Helveticus), Williams  
 Regazzoni relicus est a victore duorum circuitorum spatio!

BRASILIA

primus LAFFITE (Gallus), Ligier  
 secundus DEPAILLER (Gallus), Ligier  
 tertius REVTEMANN (Argentinius), Lotus  
 quartus PIRONI (Gallus), Tyrell  
 quintus SCHECKTER (in Africa australi natus), Ferrarius  
 sextus WILNEVVE (Canadicus), Ferrarius

REGAZZONI: Vehiculum suum collisione destruxit!

# AENIGMA

QVO PRAEMIUM ACCIPI POTEST!

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO  
MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!

QVID MEMORABILE EST!

DIES VLTIMA:

a.d. XIII. Kalendas Apriles MCMLXXIX (20.3.79)

PRAEMIA SVNT:

primum praemium:

LIBER

secundum praemium:

LIBER

tertium praemium:

LIBER

Medicus ex aegroto quaesivit: "Bibisne aquam vitae?" Oculis lucescentibus aegrctus: "Bibo, respondit, magno cum gaudio, si aquam vitae bonam haberes!"

aqua vitae Schnaps

"Quid est parus?" Franciscus ex fratre maiore suo quaesivit. Frater respondit: "Aliqui piscis insanus est." Tum Franciscus: "sed in libro scriptum est: salit de ramulo ad ramulum." Tum frater: "Hoc", inquit, "demonstrat suam insanitatem!"

parus Meise

Romae vir summis viribus praeter tramviam currens vectorem insidentem magna voce clamans interrogavit: "Quanti est usque ad Colosseum vehi?" Respondit vector: "Gratis, si isto modo pergis currere."

tramvia Strassenbahn

ad libram:

1. non motus
2. severus
3. homo qui Troia habitat
4. ... et labora!  
(regula benedictorum)
5. saevitia
6. capite aegroto confectus
7. interiectio
8. circuli qui ad ornandum pertinent
9. 1050
10. approbatio pro facto glorificando
11. tabula ad cenandum
12. ted
13. metus
14. porta!
15. amphora
16. initium

ad perpendicularum:

1. Pronomen
8. atque / et
10. mortem ferans
17. alimentum
18. HIC EST VERBUM SOLVTIONIS,  
PROVERBIVM EST!
19. vehementer in eo
20. societas sacratissimi sacramenti
21. anulus parvus
22. pronomen possessivum (genitivus)
23. societas anonyma
24. orior 4 (supinum)
25. nummus parvulum

1	17	18	19	20
2				
3				
4				
5			21	
6				22
7				
8				
		9		
10				23
11				
12				
13			24	
14				
15				25
16				

# DE FORMA, QVAE REI PUBLICAE PERSARVM FVTVRA SIT (II)

Demens esset qui putaret nullum externum ducem temptatum esse rerum Persarum potiri, ubi primum gubernator Persicus patriam suam reliquerit. Cuique observanti mirum est videre quomodo fieri potuerit ut Schah Reza, qui patriam suam in aetatem industrialem ducere voluerit, nunc a duce religioso urgeatur, "cuius ambitio anno MCMLXXIX sit redire quam celerrime in aetatem XIII", ut nescio quis in libello DAILY EXPRESS scripsit. Huic quaestioni respondere non possumus nisi intelligimus Schah Reza Pahlevium in itinere suo ad aetatem modernam verso re vera aliquos errores commisisse:

Nimis brevi tempore studebat miraculum efficere; rem publicam suam mediaevalem rusticam in rem modernam artes quaestus causa exercentem vertere studebat, quod fontes oleum ferentes post pauca decennia exhaustos futuros esse non ignorabat. Sperabat patriam suam usque ad hanc diem plenam esse industriae futuram. "Reolutio alba", quae ex edicto duodecim locorum constat, mandavit, ut Persae multa onera insueta portarent: inter prima iactura illud edictum veteres ordines sociales et dulce otium enumeravit. Incommoda autem rerum modernarum subito ostentatae sunt, e.g. (exempli gratia) quaedam agitatio inter cives, necessitas rerum gestarum, solitudo crescens hominum. Taedium ob haec incommoda cum Persis nova tum nationibus Europaeis Americanisque solita aetate industriali illata animos clericorum schiitorum Persicorum,

quorum dux Ayatollah Khomeini est, maxime inflammavit. Mox hi clerici mercatores eadem incommoda aegre ferentes sibi socios fecerunt. Mercatores enim, qui "Basari" appellantur, iamdum imperium suum modernitate rerum diminui sentiebant. Custodia pretiorum anno MCMLXXV instituta multa milia mercatorum "peccantium" puniti sive in carceribus dimissi sunt. Deinde clerici schiiti una cum mercatoribus odium suum non modo in Schah Reza Pahlevium, sed etiam in omnes barbaros, qui rem publicam societati industriali adaequare volebant, augere coeperunt. Agricola Persici autem "revolutione alba" primum contenti erant, quod reformatione possessionis terrarum agros sibi proprios acceperant. Quo facto non diutius sub ditione atque imperio possessorum magnorum agri erant. Deinde autem divisionis latifundiorum causa iis usus terrae agrariae machinis modernis cultae difficilior factus est, saepe etiam fieri non iam potuit, et rustici, qui machinas magno pretio emerant, sub ditionem atque imperium institutorum pecuniariorum acti sunt. Protinus Schah Reza erravit, cum solus periculum cum reformatione rerum publicarum coniunctum in se recipere vellet. Sine dubio hoc opus suscipiendum vires unius viri superabat. Schah Reza bello civili superiore anno orto omnem suam spem in exercitum posuisse visus est. Apparuit eum meminisse magnae victoriae, quam anno MCMLXIII adeptus erat: quo anno pugna saevissima exercitus paucos dies post quietem restituerat. Sed hodie idem non iam fieri videtur. Hoc bellum civile, quod nunc saevit, diutius geretur quam superius, quamquam Schah Reza ante paucos dies salutem suam emigratione petere coactus est. Exilio suo sella regia pavonis

cecidit; domum revertit Ayatollah Khomeini  
 Lutetia profectus. Incertum est utrum hic  
 vir religiosus fide schiita an adversarius  
 suus Schahpur Baktiar Persis rem restituere  
 possit. Schah Reza Pahlevi in exilium pulsus  
 merito multorum errorum accusatur - tamen  
 huic autocrato aliqua reverentia tribuenda  
 est: Sortem populi Persici non delusit, peri-  
 culum praestabat, quod de omni dictatore dici  
 non potest. Reza Pahlevi nimiam fidem in  
 suas vires habebat. Finem sibi propositum  
 adeptus non est. Sed studium suum impigrum  
 successoribus suis stimulus esse possit, quo  
 saltum in tempus modernum melioribus condi-  
 tionibus audere valeant.  
 Futura monstrabunt, utrum regnum Persarum au-  
 tocratia an theocratia an democratia fiat.  
 Speremus optima!

Ulricus Aeschlimannus

HIC LIBELLVS PROPTER  
 EXAMINA MATVRITATIS  
 SERIVS EDITVS EST  
 QVAM ASSVETI ESTIS!

SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus.  
 Hic sunt, qui primum, secundum, tertium prae-  
 mium accipient:

primum praemium: Herr  
 Dr. Petrus Stadler  
 3097 LIEBEFELD

secundum praemium: Herr  
 Harald Jenk  
 3098 KOENIZ

tertium praemium: Herr  
 Bernhard Christen  
 3322 SCHOENBUEHL

I	S	T	E
S	T	Y	X
T	Y	R	I
E	X	I	I

1	D	2	A	3	R	4	D	5	A	6	N	7	I	8	D	9	A	10	E	11	P	12	P
11	I	12	N	13	O	14	G	15	E	16	N	17	I	18	T	19	O	20	R	21			
14	A	15	T	16	R	17	I	18	A	19	C	20	A	21	T	22	A	23	S	24	T	25	A
16	R	17	E	18	A	19	M	20	A	21	L	22	L	23	E	24	I	25	E	26			
19	I	20	N	21	T	22	E	23	L	24	V	25	O	26	N	27	E	28	O	29	F		
	A	22	O	23	E	24	M	25	E	26	T	27	I	28	O	29	R	30	E	31			
	R	23	C	24	N	25	V	26	R	27	V	28	M	29	O	30	R						
26	D	27	I	28	S	29	C	30	O	31	R	32	S	33	E	34	L	35	V				
29	A	30	D	31	I	32	E	33	N	34	S	35	A	36	N	37	N	38	A	39	E	40	I
32	M	33	E	34	L	35	S	36	G	37	S	38	G	39	D								
	A	35	S	36	V	37	P	38	P	39	O	40	S	41	O	42	V						
	A	39	D	40	A	41	M	42	A	43	N	44	T	45	I	46	N	47	V	48	S		

# Ihre Bank: Bankgesellschaft



Schweizerische Bankgesellschaft



SVBNOTO RVMOREM VARIVM:  
Ich bestelle RVMOR VARIVS für mich:

---

---

---

SVBNOTO RVMOREM VARIVM  
DONVM DATVM ALIQVI:  
(Factura subnotationis  
mittenda est ad adres-  
sam supra stantem)

Ich bestelle RVMOR VARIVS als Ge-  
schenk für jemand andern:  
(Mit Rechnung an obige Adresse)


---

---

---

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE  
ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:



RVMOR VARIVS  
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

RVMOR VARIVS  
Postfach 883

CH- 8050 Zürich



AZ

8050 Zürich

2 / 79

IDIBVS FEBRVARIIS MCMLXXIX

RV MOR VARI  
RV MOR VARI  
RV MOR VARI  
RV MOR VARI  
RV MOR VARI

RV MOR VARI

RV MOR VARI  
RV MOR VARI  
RV MOR VARI